



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

54. An Regulares, si velint prædicare, possint ab Episcopis examinari. Ex  
p. 11. t. 2. & Misc. 2. r. 29.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

## Tractatus Primus,

Ex declarationi Sacrae Congregationis obstat Bul-  
lam Leonis X. Respondeo, negandum est; nam li-  
cet afferat in dicta Bulla Pontifex, Regulares pro  
predicatione examinando esse a suis Superioribus  
non negat minimè Episcopos, postea si velint, exami-  
nare illos non posse; sicut quando Episcopus non  
ordinat, examinat suos Diaconos pro Ordinibus  
alibi recipiendis, & testatur de hoc in dimissoriis; &  
tamen non ex hoc sequitur Episcopum ad quem  
mituntur non posse illos, si velint examinare, vt de fa-  
cto aliqui examinant, vt docet Alzedus *in praxi Epis-  
copi, part. 2. c. 3. n. 7.* & alii. Ergo, &c.

4. Nec obstat dicere, quod Concilium, quando  
loquitur de predicatione Regularium, non facit men-  
tionem de examine: nam respondet, Concilium af-  
ferere, Regulares non posse predicare in alienis Ecclesias,  
nisi ab Ordinario licentia obtenta. Ergo,  
supposita necessitate dictæ licentiae, debet Ordinario  
constare de sufficienti Concionatoriis: sed hanc  
Episcopus assequi non potest, nisi per examen: ergo  
per Concilium, Episcopis dictum examen concil-  
ium est: quod patet ex observatione subsequente; &  
idēc recte dicitur, quod confutetur sit optima legum  
interpretes, ex leg. 37. *ff. de legibus*, & statuta ex praxi,  
& observatione ipsorum practicata, interpretantur,  
restringuntur, & ampliantur, vt probant Doctores,  
quos citat, & sequitur Hulicus Hannius *in sua En-  
cyclopedie iuriis, part. 1. tit. 3. c. 7. num. 7.* Ergo, &c.

5. Confirmantur supradicta ex Bulla Pij V. allata  
à Basso in Florib. *Theol. mor. verb. Prædicator, n. 7.*  
Tamburino de iure Abbatum tom. 2. disput. 11. q. 2.  
num. 12. & Emanuel Sà verb. *Prædicare, num. 7.* vbi  
habetur, Religiosos Mendicantes semel examinatos  
in una Diœcesi ad prædicandum, non posse in ea  
amplius examinari: ergo dicendum est contra Pelliz-  
zarij, & alios, Concilium præbuisse Episcopis po-  
testatem examinandi Regularis, quoad prædican-  
dum; nec Bullam Leonis X. abstulisse Episcopis  
hanc potestatem; cum Pius V. clare afferat, Regu-  
laris Concionatores ab Episcopis saltem examinari  
posse.

6. Non deseram tamen hic adnotare in favore  
amicissimi Patris Pellizzarij, suam sententiam præ-  
ter Doctores ab ipso citatos, docere mordicus Cy-  
priani Croulers Cappucinum in Regulam D. Fran-  
cis ad cap. 9. lett. 1. & probabilem ex Mirandam ex-  
flamare Hieronymum Rodriguez in *Compend. q. Regu-  
lar, cap 111. num. 2.* Verum cum circa præsentem  
questiōnem adsit praxis in contrarium, & declaratio  
Sacrae Congregationis, vt vilium est, ab opinione af-  
firmativa non recedo.

## RESOL. LIV.

An Regulares, si velint predicare possint ab Episcopo  
examinari? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Ref. 29.

Sop. hoc in §. 1. Negatiū respondet Bruno de priuilegi. Re-  
gular, tral. 6. c. 2 prop. 3. Quia cum ex-  
amen de prædicatoriis capacitate ad superiores Regu-  
laris sp̄ct, nec de obligatione ad aliud examen in  
iure, & Pontificis concessionibus sermo habeatur,  
in fine Ref. nulla ratio illud admittendi apparet. 2. Quoniam  
etiam vigente Tridentino non est imposta huiusmo-  
di obligatio; nam de illo nullam facit mentionem,  
quando de Prædicatore Regulari agit, sed tantum  
illi imponit onus se se prætentendi, & benedictio-  
nem petendi ad prædicandum in suis Ecclesiis; &  
vitia haec duo ad prædicandum in alienis Ecclesiis. 3.

videlicet licentiam ab Episcopo accipiat, sic habent  
ſeff. 5. cap. 2. Et hanc licentiam veram esse, ac de-  
iure sufficiat Mauritus Alzedus *in praxi Epis-  
copi, cap. 13. num. 10. 4.* Barbosa de porto, Epis. cop. part. 3. al.  
legat. 7. 6. num. 2. 3. Hieron. Roder. in *Compend. Regul.*  
refol. 11. 2. n. 2.

2. Nec obstat, Sacram Congr. Cardinalium in Ques-  
tione Vngentina sub die 22. Ianuarij 1622, ex relatio-  
ne Antonini Diana, tract. 4. *Miscellan. refol. 22. de 3.*  
clarasse, posse Episcopos examinare Regulares pre-  
dicare volentes in Ecclesiis, quæ non sunt suorum  
ordinum, quoniam nec de illo decreto authenticæ  
constat: nec si conflat, reuocat priuilegia, ius com-  
mune, & Tridentinum, quod etiam in litteris Apo-  
stolicis, imò & in Conciliis, quando aliquid deter-  
minant, necesse est. Accedit, quod ab illo tempore  
fuerunt confirmata priuilegia Regularia, quæ Tri-  
dentino non aduersantur: illud autem priuilegium  
exemptionis ab examine, non est illi contrarium, vt  
probatum fuit.

3. Nec obiicias, Regularem pati illud examen  
ab Episcopis, antequam prædicandi licentiam obi-  
neat: imò à multis obligari iuramentum interposito,  
se ordinationes Diœcesis obseruantur. Responden-  
tur primò, illud examen ab omni Regulari non suffi-  
cienti, nam notum est omnibus à Fratribus Minoribus  
Capuccinis non tolerari: si alius illud sufficere, non  
propereta amittitur priuilegium; vt in 1. tract. pro-  
batum est: sed vt inveniatur & iniuria sibi facta indul-  
gens, priuilegio non vitur. Quod similiter facit  
cum iurecurando promittit, se seruatum Diœcesis  
ordinationes qui si non aequivoce iuret, non dubito  
qui peccet. Potest autem amphibologicè verbis in-  
strumentum exprimentibus, vel, & melius, verba illa  
exprimere absque iurandi intentione. Nam si in-  
competente Iudice illud à non suo subditio exor-  
quenti in iudicio potest non subditus id facere, cur  
similiter id agere non potest Regularis, cum ab Epis-  
copis vt potest iudicibus incompetentibus, iurare co-  
gitur? Advertant autem Illustrissimi Domini Epis-  
copi, quod hoc agendo grauitate peccant; cum actum  
iuridictionis, & tortura exerceant in non subditis  
sitque illis hoc prohibitus tom ex iure, tum ex  
privilegiis: vt alibi diximus. Hucusque Bruno.

4. Sed licet hec de iure videantur procedere, ta-  
men Praxis est in contrarium, nam Regulares pre-  
dicare volentes extra suas Ecclesiis, examini Epis-  
coporum se subiiciunt; & ita ex declaratione Sacrae  
Congregationis tenet etiam Pater Lezana *in summa  
tom. 3. verb. Concionatores Regulares num. 7.* Vnde Re-  
uerendissimus, & amicissimus Pater Bordonus mun-  
erit Generalis sua Religionis *in Conf. Regular,  
tom. 1. ref. 7. num. 17.* Postquam adduxisset Bullam  
Leonis X. à Bruno adductam, sic afferit: Dixi de  
iure, quia in Praxi seruat opotum voluntatis  
Episcopis examinare Regulares, licet à suis Prelatis  
approbatos, prædictarios in alienis Ecclesiis; & in  
confirmationem huius praxis fuit refolutum 22. Ia-  
nuarij 1628. posse Episcopos examinare Regulares  
prædictores in Ecclesiis suorum non Ordinum, te-  
ste Aldano titul. 4. num. 10. apud Barbolam *ad cap. 1.*  
ſeff. 5. numer. 20. eam refolutionem fē non vidisse au-  
thenticam afferit Peyrinus citatus, sed non paſſum ex-  
terminandæ sunt refolutions Sacrae Congregationis  
vt adulterinæ, maximè cum constat de tempore, &  
loco, pro quo data fuerunt, vt de hac claram est apud  
prædictatos; illæ vero sunt ſuſpectæ, quæ carent tem-  
pore, loco, & personis, in quarum favorem eman-  
rant. Ita Bordonus.

5. Non deseram tamen adnotare, sententiam Pa-  
tris Bruni docere etiam Pelliziarum *in Manual.*  
*Regulat.*

# De Dubiis Regularium. Ref. LV. &c.

37

*Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 4. sect. 1. num. 2. & 23. qui postea num. 24. sic affert; Monitos hic velim Regulares ipsos iniuste queri de Episcopis, quod eos non admittere sine examine ad praedicandum in Ecclesiis non sui Ordinis; cum potius ipsi debeant id fibinet ipsi imputare: cum aliqui illorum ad comparandum aliquod leue lucrum nobilissimum praedandi ministerium vile nimis efficiant; dum per litteras Principum suggestum aliquem, & quidem etiam rusticum de manibus Episcoporum extorquent, ita importunè, ut eos cogant subire onera, quia aliqui nullatenus subirent; non ergo tantam sui faciant copiam, & tunc Episcopi ex penuria concionatorum cogentur ad ipsos recurrere, sibique magni beneficij loco ducentes, quod acceptentur tales suggestus, alias minus spectabiles, sententiam quod hoc mutabunt, & sententias iura Regularium, non amplius eos subiungent examini. Hec Pellizarius.*

## RESOL. LV.

*An Regulares predicantes in aliena Ecclesia sine licentia Episcopi possint ab eo puniri?*

*Et an Parochus possit dare licentiam viro docto, & note etiam Regulari, ut bis, vel ter concionetur in sua Ecclesia sine Episcopi approbatione?*

*Et an Predicatores Regularium non debeant ab Episcopo examinari? Sed tantum requiratur eius licentia ad praedicandum?*

*Et notatur, quod Concionatores Regularium semel approbati in uno Episcopatu, itinerantes possint praedicare, vobis voluerint, non contradicente Parocho, & non obstante proprio Episcopo loci. Ex p. 3. tr. 2. Ref. III.*

*§. 1. R*espondet negatiuè Tamburinus de iure Abbat. tom. 2. dist. 1. quest. 4. num. 3. Campanili in diuersior. can. rubr. 12. cap. 1. 3. num. 10. Rodriguez in compend. q. 9. Regular. verb. *Predicatores* numero 1. & alii, ex Declaratione sacra Cardinalem sub his verbis. Congregatio Concilij censuit Regulares, qui absque licentia Episcopi praedicaverint in Ecclesiis, quæ fuerint Ordinum non sunt, tameti decreto eiusdem Concilij 6. 2. sess. 5. contradicunt, non posse tamet puniri ab Episcopo, sed tantum a suis Superioribus.

*2. At his non obstantibus Laurentius de Peyrinis in priuili. Minim. tom. 1. conf. 2. Sixti IV. §. 1. n. 2. 1. & Barbosa de potest. Episc. part. 3. alleg. 76. n. 2. 4. contrarium docent ex Bulla Greg. XV. quæ incipit, *Inscriptio*, data Nonis Febr. 1622. unde aduentant Regulares, quid faciunt.*

*3. Notat etiam Rodriguez, & Barbosa vbi supra. Parochum, seu Curatum posse dare licentiam viro docto, & note, etiam Regulari, ut bis, vel ter concionetur in sua Ecclesia sine Episcopi approbatione. Imò, & Concionatores Regulares semel approbati in uno Episcopatu, itinerantes possunt praedicare vbi voluerint, non contradicente Parocho, & non obstante proprio Episcopo loci, ex concessione Gregor. XIII. facta Societati Iesu, quæ per communicationem frui possunt alii communicantes in priuilegiis. Vide Villalobos in sum. tom. 2. tract. 3. 5. diff. 5. n. 1. Ioann. de la Cruz, de statu Relig. lib. 1. c. 6. dub. 2. concl. 3. Portel vbi supra, n. 16. Barbosa vbi infra, n. 26. & 27. Miranda art. 4. concl. 1. & alios.*

*4. Non definam tamen hic adnotare, id quod habet Miranda in manual. Pralas. tom. 1. quest. 50. art. 2. Barbosa de potest. Episc. part. 2. allegat. 76. n. 2. 3. & Rodriguez vbi sup. n. 2. nempe probabile esse, quod*

*Prædicatores Regulares, etiam iuxta Conc. Trid. non debent ab Episcopis examinari, qui in Superiori eiusdem decreto tantum requiritur ipsorum licentia ad praedicandum extra suas Ecclesiæ, & nullum fit verbum de examine, ut patet legenti textum Concilij, sed contrarium obseruat in præcepto DD. Episcopis.*

## RESOL. LVI.

*An Predicatores tam Regulares, quam secularares precent mortaliter concionando sine licentia Episcopi?*  
*Et an predicatores sine tali licentia possint excommunicari?*  
*Et an in transgressione talis præcepti derit parvitas materia, ut si quis predicaret semel, aut bis, possit excusari a peccato mortali?* Ex part. 8. tract. 7. & Misc. Refol. 1. r.

*§. 1. N*egatiuam sententiam docet Bassæus in Floribus Theologiae sacramental. & moral. vers. *Prædicatio*, num. 4. Affirmatiuam verò Caietanus in Summa, vers. *Prædicatorum peccata*, & Navarrus c. 21. n. 141. Et vtramque sententiam tanquam probabilem videtur admittere Joannes Machadus de perf. confess. tom. 2. lib. 4. part. 2. docum. 5. n. 3. vbi sic ait. Tambien es dudoso que pecado sea predicar sin licencia legitima, Cayetano, y otros sienten, que es mortal, pero otros muchos juzgan, que no llega a serlo quando la doctrina no es falsa, ó scandalosa. Ita ille.

2. Sed ego prorsus temeo sententiam Caietani esse sufficiendam, quam docet Fernandez in exam. Theolog. moral. part. 4. cap. 15. §. 2. num. 10. Emanuel Sa versiculo *Prædicare*, num. 4. male citatus pro contraaria sententia, & notissime docet Bordonus in consilio Regular. refol. 7. num. 28. vbi sic affert: *Prædicantes sine licentia peccant mortaliter*, quia faciunt cōtra illud Sacra Scriptura. *Quomodo prædicabant nisi mittantur?* præterquam quod *Prædicantes sine licentia* \* possunt excommunicari, ex cap. excommunicans, §. quia vero, de haren. Excommunicatione autem secundum communem Doctorum opinionem supponit peccatum mortale; ergo isti peccant mortaliter. Vnde Portell. vers. eod. n. 1. vbi facit mentionem de vers. Qui vero, & in alio communitariam, non lata sententia. Ita Bordonus: vnde miror, quo pacto Machadus potuit dicere, plures Doctores tenere negatiuam sententiam.

3. Sed quia in transgressione talis præcepti danda est parvitas materia; cogita, an si quis (verbis gratia) semel prædicaret sine licentia, possit a peccato mortali excusari.

\*Sup. hoc infra in Ref. 60. §. Sed hæc, cursim ad medium, vnde Portell. vers. eod. n. 1. vbi facit mentionem de vers. Qui vero, & in alio communitariam, non lata sententia. Ita Bordonus: vnde miror, quo pacto Machadus potuit dicere, plures Doctores tenere negatiuam sententiam.

Quoad hoc legi doctrinam, §. Notat. præcedens Ref. & alterius, §. eius annos.

## RESOL. LVII.

*An Episcopus possit suspendere licentiam Regularibus predicandi solum in casibus à iure expressis?*

*Et quid circa hoc Sacra Congregatio declaravit?*

*Et an Episcopi possint examinare Regulares volentes predicare?* Ex part. 7. tract. 1. & Misc. 3. Ref. 30. alias 2. 8.

*§. 1. \** Affirmatiū respondet P. de Bellis in citat. Alleg. Afflump. ultim. Apolo 2. Corol. 4. Quod in numero primo, & sequentibus, vbi sic ait. Las causas justas, i legítimas por las cuales puede el Obispo suspender a Regulares licencia de predicar, son positivo, & vienes; Tres señala el Concilio Lateran. siff. 1. La & §. not. seq. primera, si predica milagros falsos, o inciertos: fe huia Ref.

D gunda